



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Mechliniensia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

MECHLINIENSIA.

493

grauiter afflictum,

&

iam tertio sed frustra incisum,

ter quintum ætatis annum

necdum ingressum

absumpsit anno CIO. IO C. Nouemb. III.

AD DIVI FRANCISCI.

Quis regitur tumulo? ROLANDVS DELPHIVS

Deliciumq; hominum, deliciumq; Dei. (ille,

Illius sed enim mentem finxisse videtur,

Candida ter puris simplicitas manibus;

Innocuos mores Probitas, Industria corpus,

Ora lepor; cineri tot bona Parca dedit.

Simplicitas, probitas, industria, flete leporq;

Nam iacet hic vestro DELPHIVS exitio.

MEMORIAE SACR.

F. ROLANDO DELPHIO, ORD. F. MI-

norum, modestia & patientia ad mira-

culum prædito:

Monasticarum obseruationum laudi nato,

harundem æterno damno denato,

confratres religiosi

hunc titulum & tumulum mœsti Poss.

Hospes prece me viuus iuua, mortuus iuuabere.



MECHLINIENSIA.

MAXAEMILIANVS VRINTIVS

S. P. Q. Gand. à secretis.

Maiestate fori, sacroq; verenda Senatu,

Arx legã, & Domina met a suprema Toga.

Arx.

*Arx eadem Martiſq; domus, Vulcania fornax,
 Tam rigido ferro quam reuerenda foro,
 Clara viris, ſpatioſa vijs, argentea lymphis,
 Cælo hilari, poſitu commoda, pulchra lave,
 Tota increta ſolo & pariter diſtreta Brabanto,
 Vrbs Domina & domino pro Regione ſuo.
 Gemmula munditiæ, RV MOLDI mole decoræ,
 Aucta pio Clero, Pontifice aucta ſacro.
 Omnibus illuſtris, lux & nitor vndiq; amænus,
 Quem niſi MECHLINIAM, Melliniam eſſe putet.*

IN AEDE PRIMARIA.

D. O. M.

IOANNI HAVCHINO Archiepiſcopo Meche-
 linienſi II. viro incomparabili, qui non ſubnixus
 iam abſoletis maiorum ſuorum imaginibus, ſed
 propria virtute per omnes ſacræ militiæ gradus,
 ad Archiepiſcopatus apicem fauente numine eue-
 ctus, ita ſe vbique geſſit, vt candore, comitate, pru-
 dentia, pietate, viuus exactū omnibus exemplum,
 mortuus ingens ſui deſiderium reliquerit.

Vixit ann. LXII. In Archiepiſcopatu vi.
 Obijt anno reſtauratiæ ſalutis M. D. XXCIX.
 iſtis Non. Ianuarij.

NEMO SACRVM TURBET CINEREM.

*Qui ſua ſacræ Deo, qui Principibus ſua iura,
 Qui voluit Populo commoda ſalua ſua:
 Cui ſua priuatim ratio ſic conſtitit, omnem
 Vt fortunam equo pectore pertulerit:
 Qui reſipſcentes ad apertis obuius vlnis
 Exceptit; cunctis mitis vbiq; Pater:*

Et tamen in dignas generosus surxerit iras,
Sic quoties fieri nempe necesse foret.

Qui prudens, sapiens, pius & candore niuali,
Nullo virtutum non genere eminuit:

PrasVL Ioannes IaCetbaC HaVChInVs In Vrna;
Cetera sClre qVeVnt IpsI etIaM antlpoDes.

D. O. M. S.

Nobili ac strenuo Viro

CATERINO VVYTS, leg. Burgund, in regia
militia Centurioni,

Qui apud Ardriam in præsidio, dum animosè
in hostem laceffentem equo erumpit,

Solus à pluribus circumuentus, aduersus re-
sistensque cæditur,

Glande blumbea caput traiectus,

Sed sic quoque, nec enssem nisi mortuus, &
extortum demisit.

Cæcidit ætatis suæ ann. xxix. Christi .m. .cc. .xcvii.
Non. Martij.

Pijssimo filio parentes heu mœsti & superstites
PP. Cenotaphium circa cineres Maiorum.

AD D. MARIAE.

Clariff. D. NICOLAO EVERARDO Middel-
burgensi, summi Consilij Præfidi, marito cariff. pa-
trique pientiff. vxor liberi que cum lacrymis poss.
Vixit ann. lxx. Obijt anno à salute restituta cix
10. xxxii. v. Id. Aug.

G A N